

Aduertencias para

non furtum faciet, non falsum testimonium,
non concupiscet vxorē, ancillam, bouē. &c.
quæ proximus possidet. Hæc ille. Et conclu-
dens dicit. Ingens igitur est eorum audacia,
qui sine vlla ratione aut fundamento, contra
veterum Theologorū placita, immo vero cō-
tra Christi & Pauli sententiam, qui ad nihil
aliud, quàm ad hæc generalia nature dicta-
mina obligarunt homines, sola sui auctori-
tate pronunciant, eum mortaliter peccare, qui
vel articulos fidei, vel Ecclesiastica sacramen-
ta, vel decem Decalogi præcepta memoria nō
tenent, sed maior & perniciosior eorum sa-
cerdotum stupiditas, qui horum libellorum
auctoritate, miseros rusticos, immo non vul-
gares ciues absolutione peccatorum frustran-
tur, quòd ista omnia viua memoria non ser-
uent, & coram eis imperturbatē pronuntiant
quòd si ab eis exquireretur, forsam nō essent
facturi. Non damno, immo summis laudibus
effero eos pastores, qui certis pœnis ad hæc
omnia dicenda subditos vrgent, præsertim,
quo magis intelligant, vernacula lingua, sed
ita esse necessariam eorum omnium explicitā
memoriam, vt sine illis, vt isti cōtendunt, ne-
mio consequatur salutem, omnino fallum exi-
stimo